



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

468. Iurisdictio Capituli sede vacante quando exspiret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

Questio 464. Num Capitulum succedat in jurisdictione, quam Episcopus simul cum alio exercebat?

R Esp. negativè. Si jurisdic&tio illa non exercebatur per solum Episcopum, sed simul cum alio, & in solidum; transibit enim illa tunc ad collegam superstitem, juxta *c. fin. d. 65. Ventrigl. loc. cit. num. 62.* monens postremum hoc intelligendum de illa jurisdic&tione, in qua locum habet jus accrescendi; pro quo citat *Quarant. in sum. Bullar. v. Capitulum sed. vac. vers. predicta restringe.* qui etiam ulterius addat, modo in hoc nullum irrogetur prajudicium sedi vacanti. Unde jam etiam infertur, jurisdic&tionem, & potestatem, quam simultaneam cum episcopo habebat, & exercebat Capitulum, sede vacante transire ad solum Capitulum. *Fagn. in c. his qua. de major. & obed. num. 48.* ubi: quod quando potestas communis est, seu simultanea inter Pralatum, & Capitulum (loquitur autem de Pralatis Episcopo inferioribus, seu ecclesiis inferioris) absque dubio dicendum sit, jurisdic&tionem devolvi ad Capitulum Pralato mortuo juxta *c. fin. de Regular. in 6.*

Questio 465. Num Capitulum succedat non tantum in jurisdictione, sed & in emolumentis ex ea provenientibus?

1. R Espod. Non succedit in iis, sed ea referantur Episcopo Successori. *Ventrigl. loc. cit. n. 3.* juxta *Clem. ult. de elect.* quod tamen ipsum intelligendum de emolumentis illis, qua proveniunt vere ex jurisdic&tione, & sigillo directè, non de iis, qua proveniunt ex causa personæ jurisdic&tionem exercentis; pro quo citat *Quarant. in sum. Bullar.* Unde emolumenta aliàs debita Vicario Episcopi ratione sui officii, sede vacante cedunt Vicario Capitulari; illa verò, qua aliàs deberentur Episcopo ipsi, & non Vicario ratione jurisdic&tionis, cedunt Camera Apostolicæ sub titulo fructus pendentis, siquidem alicubi Camera hæc ad hoc jus habet, aliàs, ut dictum, reservantur Successori. *Ventrigl. loc. cit. citans Meroll. Th. mor. tom. 3. d. 7. c. 7. num. 21.* juxta *c. Clem. ult.* Cuicumque tamen debeantur illa emolumenta, potest ab illis Capitulum sede vacante deducere expensas rationabiles, & necessarias pro ministris Curia, & similibus, pro salario Vicarii Capitularis. *Ventrigl. num. 24.* citans *Vulp. in pr. c. 44. n. 13.* *Meroll. ubi ante. &c.*

2. Porro multas pecuniarias neque Capitulo, neque Camera, nec Successori deberi, sed debere applicari plis usibus juxta dispositionem *Tridentini sess. 25. c. 3.* possèque autoritate istius decreti statim exequi Vicarium Capitularem, illumquo nihil inde sibi sub pretextu salarii (cum illud ex fructibus ecclesiæ vacantis consequi possit) sumere posse habeat. *Ventriglia n. 26.* quamvis *n. 27.* addat, citatis pro hoc *Marc. Anton. Genuens. in pr. c. 6. n. 5.* Riccio in *pr. tom. 1. resol. 311. n. 7.* posse eas sibi applicare Capitulum, vel ejus Vicarium, si pauper est, sicuti permittitur Episcopo pauperi eas retinere pro suis necessitatibus; modò necessitas sit evidens, & non dubia.

Questio 466. Num ea, qua sunt Ordinis episcopalis sede vacante devolvantur ad Capitulum?

R Esp. Indubitatum est, ea non devolvi ad Capitulum exercenda per ipsum Capitulum, aut

ejus Vicarium, dum hic Episcopus non est, ut patet. *Fagn. in c. his qua. de major. & obed. n. 64.* *Ventrigl. tom. 2. annot. 15. §. 1. n. 12.* Verumtamen devolvitur ad Capitulum potestas ea exercendi per alium, seu committendi illorum exercitium alteri, qui caractere episcopali insignitus est. *Fagn. loc. cit. citans gl. ult. ad cit. c. his qua.* *Ventrigl. citans Pavin. p. 1. q. 3. num. 4. addit. ad Quarant. sum. Bullar. v. Cap. sed. vac. Meroll. ubi supra. n. 56.* *Burboi. lur. Eccl. l. 3. c. 32. n. 89.* ubi: *Capitulum succedit in concedenda licentia extero Episcopo exercendi pontificalia in ecclesia vacante secundum Henric. in sum. l. 10. c. 22. Garc. p. 5. c. 7. n. 93.* Atque ita potestas illa non devolvitur ad proximum Superiorem, v. g. Archiepiscopum, aut Patriarcham, qui ea per seipsum expediat, vel Visitatorem, per quem expediantur, constituatur; sed poterit Capitulum, vel ejus Vicarius invitare vicinum, aut alium Episcopum, qui in ecclesia vacante, & discreti Capitulo subiecta ea, qua Ordinis sunt episcopalis exerceat. *AA. iidem,* quibus plures ex antiquis addit *Fagni* cautela studio protestando, quod per hoc nihil juris illi Episcopo acquiritur ut *Fagn.* Probatur hoc ipsum clarè ex textu *c. cum nullus. de temp. ordinari. in 6.* ubi expressum est, Capitulum sede vacante posse dare licentiam alteri Episcopo ordinandi. Item per hoc facit gloss. ult. in *c. dilectus. de off. Ordinari. asserens;* collationem Ordinum, & Sacramentorum esse de lege jurisdic&tionis, Quod dictum, etsi mirabile sibi videri dicat *Innoc. ibi;* id tamen probari ex *c. interdicimus. 16. q. 1. secundum Jo. And. ait Fagn. n. 65.* qui etiam *ibidem* ait; habere proinde in hoc Capitulum jus pinguius quam Archiepiscopus electus, & confirmatus, non recipiens pallium; utpote qui dare non possit licentiam, ut subditi sui ab alio Episcopo ordinentur juxta *c. suffraganeis. de elect.* Sed neque reponho restringenda, ut vult *Imol. in cit. c. his qua. n. 3.* quod Capitulum possit ea expedire per alium, qua sunt Ordinis episcopalis, si superior immediatus Capituli id negligat, aliàs non; quia hæc distinctio jure non probatur, videturque esse contra dictam decretalem. *cum nullus.* qua hoc jus Capitulo tribuit principaliter; non autem jure devoluto, ob negligentiam Superioris. *Fagn. cit. n. 65.* Verum de his plura infra.

Questio 467. An Capitulum per seipsum exercere possit jurisdictionem illam episcopalem ad se sede vacante devolutam?

R Esp. Tamen id poterat Capitulum de jure communi, nec tenebatur constituere ad hoc Vicarium; modò tamen post Tridentinum id amplius non potest, sed debet constituere Vicarium, qui nomine illius jurisdic&tionem illius exerceat. *Pirh. ad tit. de off. Vicar. n. 77.* *Fagn. ad c. his qua. n. 66. & 67.* *Ventrigl. loc. cit. §. 2. n. 1.* *Laym. ad c. Romana. de off. Vicar. n. 16.* juxta decretum *Trident. sess. 24. c. 16.* Verum de hoc expressè *cap. seq.* ubi etiam; an Capitulum constituto Vicario, se possit miscere jurisdic&tioni; item, num per octo illos dies datos ei ad constituendum Vicarium, administret.

Questio 468. Jurisdic&tio Capituli sede vacante quando expirat?

R Esp. Exspirat per novi Episcopi confirmationem, & Episcopatus possessionem. *Laym. loc. cit.* Vide dicenda infra, ubi quandonam expirat jurisdic&tio Vicarii Capitularis; & me ipsum *For. benef. p. 2. q. 668. n. 3.*

CAPIT